

HOLY SEE PRESS OFFICE  
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE  
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHL

# **BOLLETTINO**

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0324

Giovedì 23.05.2013

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

- ◆ **LE UDIENZE**
- ◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE FRANCESCO PER LA CONFERMA DEL CARDINALE VICARIO PER LA DIOCESI DI ROMA AGOSTINO VALLINI**
- ◆ **AVVISO DI CONFERENZA STAMPA**

## ◆ **LE UDIENZE**

LE UDIENZE

Il Santo Padre Francesco ha ricevuto questa mattina in Udienza:

S.E. il Signor Mauricio Funes Cartagena, Presidente della Repubblica di El Salvador, e Seguito;

Membri della Presidenza della Commissione degli Episcopati della Comunità Europea (COM.E.C.E.):

Em.mo Card. Reinhard Marx, Arcivescovo di München und Freising (Repubblica Federale di Germania),  
Presidente;

S.E. Mons. Gianni Ambrosio, Vescovo di Piacenza-Bobbio (Italia), Vice Presidente;

S.E. Mons. Virgil Bercea, Vescovo di Oradea Mare dei Romeni (Romania), Vice Presidente;

S.E. Mons. Jean Kockerols, Vescovo tit. di Ieper, Ausiliare di Mechelen-Brussel (Belgio), Vice Presidente;

P.adre Patrick Daly, Segretario Generale.

Il Papa riceve questa mattina in Udienza:

Em.mo Card. Angelo Scola, Arcivescovo di Milano (Italia).

[00738-01.01]

**LETTERA DEL SANTO PADRE FRANCESCO PER LA CONFERMA DEL CARDINALE VICARIO PER LA  
DIOCESI DI ROMA AGOSTINO VALLINI**

Pubblichiamo di seguito la Lettera con cui il Santo Padre Francesco conferma il Card. Agostino Vallini come Suo Vicario per la Diocesi di Roma:

**• LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri

**AUGUSTINO S.R.E. Cardinali VALLINI**

Vicario in Urbe Nostro

Ex quo quidem tempore ad Petri cathedram sumus evecti, ediximus Nos esse Episcopum Romanum. Sedes vero haec ampliore pollet auctoritate. Eandem enim communioni omnium Ecclesiarum in caritate praesidere omnes sat sciunt.

Romani Pontifices, multis districti officii, saeculorum decursu Vicarii Generalis, qui vicaria sed ordinaria potestate Almae Urbis dioecesim reget, cuidam e Purpuratis Patribus destinare consueverunt. Quapropter insignis Decessor Noster Benedictus XVI, cum te agnosceret congruis virtutibus ac pastoralis actuositate cumulari, per Litteras Apostolicas die XXVII mensis Iunii anno MMVIII datas "Officium praedictum tibi, per te vel per legitimos officiales tuos exercendum, cum omnibus et singulis privilegiis, facultatibus, praerogativis, immunitatibus, iuribus, honoribus quoque et oneribus, quibus alii in eadem hac Urbe eiusque suburbiis et districtu Vicarii in spiritualibus Generales Romanorum Pontificum uti frui potuerunt seu etiam debuerunt", secundum Constitutionem Apostolicam "Ecclesia in Urbe" concessit ac tribuit. Idem igitur Summus Pontifex, quod ad te attineret, edixit: "Te idcirco *Nostrum Urbis, suburbiorum et districtus Vicarium in spiritualibus et Iudicem* constituimus et renuntiamus, curam, regimen, administrationem, liberumque praedicti muneris exercitium plenarie tibi committentes, una simul cum iurisdictione in Palatium Lateranense".

Itaque quod de te statuit Idem Decessor Noster, Nos comprobare properamus. Quocirca, Apostolica Nostra ex potestate, te

*Nostrum Urbis, suburbiorum et districtus in spiritualibus Vicarium et Iudicem* confirmamus. Exoptamus pariter ut ecclesialis communitas Nostra Romana, divina suffragante gratia, quam maxime floreat, Domini verba in se promptissime recipiat ac spirituales fructus copiose ferat. Haec omnia Benedictione Nostra Apostolica corroboramus, tibi in primis impertita, quam cunctis fidelibus pertinere volumus, dum ab iis preces amabiliter petimus ut cum in Nostrae dioecesis, tum universi Dominici gregis beneficium ministerium Petrinum efficaciter explere possimus.

Ex Aedibus Vaticanis, die XVIII mensis Maii, anno MMXIII, Pontificatus Nostri primo.

FRANCISCUS

[00739-07.01] [Testo originale: Latino]

**AVVISO DI CONFERENZA STAMPA**

Si informano i giornalisti accreditati che **martedì 28 maggio 2013**, alle **ore 11.30**, nell'*Aula Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, avrà luogo la conferenza stampa di **presentazione degli Eventi dell'Anno della fede: "Solenne Adorazione Eucaristica in contemporanea mondiale" (2 giugno 2013) e "Giornata dell'Evangelium Vitae" (15-16 giugno 2013)**.

Interverranno:

**S.E. Mons. Rino Fisichella**, Presidente del Pontificio Consiglio per la Promozione della Nuova Evangelizzazione;

**S.E. Mons. José Octavio Ruiz Arenas**, Segretario del Pontificio Consiglio per la Promozione della Nuova Evangelizzazione;

**Mons. Graham Bell**, Sotto-Segretario del medesimo Pontificio Consiglio.

[00737-01.01]

[B0324-XX.01]

---